



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die septima Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Maij 7.

N A T A L E S

b Potius gallicè dicebarur Bruel prædium quod ibi fuit,  
et in quo fuit ab eodem S. Mauronto adificatum monaste-  
rium. Ipsum autem municipium in quo id prædium et  
monasterium fuerunt, iam olim dicebatur Méderghem,  
Menreghem, et deinde contractè Mer-ghem, id est  
Minor-villa; et gallice Menreville, ac contractè Mer-  
ville. In itinerario Antonini dicitur Minariacum: et  
illuc è Castello(hodie Caslere) iter Turnacū ibi describitur.

c Quidam ponunt factum anno 900. Alij, 985.

d Hæc supplicatio sit non die 5. Maij, sed Dominica pro-  
xima post 16. Iunij; nisi ipsa sit Dominica.

e Confer Maij 12, 2°. Vnde dubites sine aliquis error  
in hac de Vrsino narratione.

Die septima Maij.

De sancto Domitiano, episcopo Leodiensi.

Ex tomis Conciliorum, et historia ecclesie Hoyensis.

**I**N Hoyo, natalis S. DOMITIANI, episcopi  
& confessoris. Fuit autem episcopus diœcesis  
Leodiensis, cum sedes ex Tungris Traiectum erat  
translata. Vnde in subscriptionibus Aruernensis  
synodi legitur, *Domitianus in Christi nomine episcopus*  
*ecclesie Tungrorum, quod est Traiectum, subscripsi.* Sub  
Childeberto interfuit Concilio Aurelianensi,  
quod quintum est in secundo Conciliorum to-  
tomo. Legitur quoque in Concilio Turonensi  
secundo, & Parisiensi primo, *Domitianus peccator,*  
*confensi, et subscripsi.* Natales habuit claros ex filia  
ducis Arduennæ, sed insignis à pueritia vitiorum  
domitor, morum claritate eos superauit. Vnde in  
pontificem & pastorem assumptus à clero & plebe  
Traiectensi, in Taxandria contra paganos: per  
Gallias

Gallias verò contra hæreses & famem laborauit. In propria parochia, siue dioceſi, multas conſerauit ecclesiās: & hospitalia aliquot oppidatim exſtruī curauit. Ciuibus Huyensibus infestum draconem extinxit, & complura contulit beneficia. Apud quos etiam ſepultus eſt, in ecclesiā beatæ Mariæ. Ad tumulum autem mox multa conſecuta ſunt miracula: vnde iubēte Carolo Magno, corpus eius, adhuc fragrantissimum de terra leuauit Willegiſus, præſul Coloniensis, decimo ſeptimo Calendas Iulij. Post hæc anno millesimo centesimo ſeptuagesimo ſecundo. Radulphus epiſcopus corpus transpoſuit in nouum feretrum, argento & auro decoratum, ſexto Idus Junij, ſed tantum prima translatio Huy celebratur.

### Octaua die Maij.

#### I<sup>o</sup>. De sancto Wironne episcopo.

*Ex historia, in tomis Surij edita, monumentis  
Ruramondensium, & Ultratetinorum.*

**I**N Petri-Monte, depositio sancti WIRONIS, episcopi, & confessoris, cuius reliquiae habentur in ecclesia Traiectensi. Producit hunc virum Scotia, fertilis sanctorum virorum insula. Vbi in episcopum electus, compulsus eſt aſſentiri, & iuxta insulę confuctudinem Romam missus eſt, ſummi Pontificis manibus consecrandus. Comes autem illi & itineris, & voti, accessit Plechelmuſ ſacerdos. Quibus per Angliam iter facientibus, adiunctus eſt diuinitus. Otgerus leuita. Qui Romam peruenientes, Apostolorum